



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Tertia Seraphica Vinea, Sive Tertius Ordo De Poenitentia
à S.P.N. Francisco institutus**

Pauck, Engelbert

Coloniae, 1720

Approbatio Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64103)



LICENTIA


Rmi P. Vicarii Generalis.

Cum secundum Apostolicas & Generales Ordinis nostri constitutiones cautum sit; nullus ut liber prælo detur; quin prius revisus & approbatus fuerit à duobus Examinatoribus, ab eo (cujus id juris esse potest) deputandis. Harum propterea nostrarum tenore, P. V. votis annuere volentes, quantum ad nos spectat, RR. AA. PP. *Matthæo à Pareta, Lectori Jubilato, Commissario Generali Curia &c. & Antonio à Mazaria, Lectori bis Jubilato, Ordinis Scriptori actuali &c.* Libri, cui titulus (*Tertia Seraphica Vinea*) examen, revisionem, & censuram committendam censuimus, uti de facto committimus; quatenus accedente eorum unanimi approbatione (cujus, sicut & præsentium nostrarum ad calcem præmemorati libri expressum transumptum apponetur) P. V. possit absque alia nostra licentia, cum Benedictione Dei, & salutaris obedientiæ merito, in Religionis nostræ decus, & proximi spirituale bonum, servatis aliàs de jure & consuetudine servandis, præcitatam librum publici juris & lucis facere.

Datum in hoc Regno nostro S. P. N. FRANCISCI
Curia Madritensis Conventu 12. Octob. 1716.

(L. S.)

F. Josephus Garcia
Vic. Gen. mpp.



Approbatio Ordinis.

Opus infra scriptum (*Tertia Seraphica Vinea*) atque annexa eidem opuscula (*Chordam S. P. N. FRANCISCI, viam Crucis, & Confraternitatem X. Beneplacitorum*) cencernentia, auctore A. R. P. *Engelberto Pauck*
FF.